

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLIS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0834

Giovedì 31.10.2019

Decreto della Congregazione del Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti sull'iscrizione della celebrazione della Beata Maria Vergine di Loreto nel Calendario Romano Generale

Decreto sull'iscrizione della celebrazione della Beata Maria Vergine di Loreto nel Calendario Romano Generale

"Memoria ad libitum" della Beata Maria Vergine di Loreto nel Libro del Rito Romano

Decreto sull'iscrizione della celebrazione della Beata Maria Vergine di Loreto nel Calendario Romano Generale

Testo in lingua originale

Traduzione in lingua italiana

Traduzione in lingua francese

Traduzione in lingua inglese

Traduzione in lingua spagnola

Testo in lingua originale

**DECRETUM
de celebratione
Beatae Mariae Virginis de Loreto
in Calendario Romano Generali inscribenda**

Lauretanae Almae Domus veneratio inde a Medio AEvo origo fuit illius peculiaris sanctuarii, quo temporibus etiam hodiernis peregrinantes christifideles multi frequentant ad propriam fidei vitam alendam in Dei Verbum pro nobis caro factum.

Sanctuarium vero illud mysterium Incarnationis revocat inducens omnes visitantes ad plenitudinem temporis considerandam, cum misit Deus Filium suum, factum ex muliere, necnon ad meditanda et verba Angeli Evangelium nuntiantis et verba Virginis divinae vocationi respondentis. A Spiritu Sancto obumbrata, humilis ancilla Domini divinitatis domus effecta est, imago purissima sanctae Ecclesiae.

Supradictum sanctuarium, intime Sedi Apostolicae conexum, a Summis Pontificibus laudatum et in omnes gentes vulgatum, in decursu temporum praeclare valuit, haud minus quam Nazareth in Terra Sancta, ad virtutes evangelicae Sanctae Familiae collustrandas.

In illa Alma Domo, ante effigiem Redemptoris et Ecclesiae Matris, nonnulli Sancti ac Beati propriae vocationi responsum dederunt, infirmi in angustiis consolationem invocaverunt, Dei populus Beatam Mariam laudare et supplicare incepit Litaniis illis lauretanis quae per orbem terrarum diffusae sunt. Itinerantes aereo navigio praesertim caelestem patronam in ea invenerunt.

His omnibus perpensis, auctoritate sua Summus Pontifex Franciscus decrevit ut memoriam ad libitum Beatae Mariae Virginis de Loreto in Calendarium Romanum inscribendam esse die 10 decembris, die etenim quo Laureti festum agitur, et quotannis celebrandam. Haec celebratio omnes, praecipue familias, iuvenes et religiosos, adiuvaabit ad virtutes imitandas perfectae Evangelii discipulae, Virginis Matris quae concipiens Caput Ecclesiae etiam nos in sua accepit.

Nova igitur memoria cunctis Calendariis Librisque liturgicis pro Missae et Liturgiae Horarum celebratione erit inserenda; textus liturgici adhibendi hoc decreto adnexi, cura Coetuum Episcoporum vertendi, approbandi et post huius Dicasterii confirmationem edendi sunt.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 7 mensis Octobris 2019, in memoria Beatae Mariae Virginis a Rosario.

Robertus Card. Sarah
Praefectus

+Arturus Roche
Archiepiscopus a Secretis

[01731-LA.01] [Testo originale: Latino]

Traduzione in lingua italiana

DECRETO sulla celebrazione della Beata Maria Vergine di Loreto da iscrivere nel Calendario Romano Generale

La venerazione per la Santa Casa di Loreto è stata, fin dal Medioevo, l'origine di quel peculiare santuario frequentato, ancora oggi, da numerosi fedeli pellegrini per alimentare la propria fede nel Verbo di Dio fatto carne per noi.

Quel santuario ricorda il mistero dell'Incarnazione e spinge tutti coloro che lo visitano a considerare la pienezza del tempo, quando Dio mandò il suo Figlio, nato da donna, e a meditare sia le parole dell'Angelo nunziante l'Evangelo, sia le parole della Vergine che rispose alla divina chiamata. Adombrata di Spirito Santo, l'umile serva del Signore è divenuta casa della divinità, immagine purissima della santa Chiesa.

Il menzionato santuario, strettamente vincolato alla Sede Apostolica, lodato dai Sommi Pontefici e universalmente conosciuto, ha saputo illustrare in modo eccellente, nel corso del tempo, non meno di Nazaret in Terra Santa, le virtù evangeliche della Santa Famiglia.

Nella Santa Casa, davanti all'effigie della Madre del Redentore e della Chiesa, Santi e Beati hanno risposto alla propria vocazione, i malati hanno invocato consolazione nella sofferenza, il popolo di Dio ha iniziato a lodare e a supplicare Santa Maria con le Litanie lauretane, note in tutto il mondo. In modo particolare quanti viaggiano in aereo hanno trovato in lei la celeste patrona.

Alla luce di tutto questo, il Sommo Pontefice Francesco ha decretato con la sua autorità che la memoria facoltativa della Beata Maria Vergine di Loreto sia iscritta nel Calendario Romano il 10 dicembre, giorno in cui vi è la festa a Loreto, e celebrata ogni anno. Tale celebrazione aiuterà tutti, specialmente le famiglie, i giovani, i religiosi, a imitare le virtù della perfetta discepola del Vangelo, la Vergine Madre che concependo il Capo della Chiesa accolse anche noi con sé.

La nuova memoria dovrà quindi apparire in tutti i Calendari e Libri liturgici per la celebrazione della Messa e della Liturgia delle Ore; i relativi testi liturgici sono allegati a questo decreto e le loro traduzioni, approvate dalle Conferenze Episcopali, saranno pubblicate dopo la conferma di questo Dicastero.

Nonostante qualsiasi cosa in contrario.

Dalla sede della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti, 7 ottobre 2019, memoria della Beata Maria Vergine del Rosario.

Roberto Card. Sarah
Prefetto

+Arthur Roche
Arcivescovo Segretario

[01731-IT.01] [Testo originale: Latino]

Traduzione in lingua francese

**DÉCRET
d'inscription de la célébration de la bienheureuse Vierge Marie de Lorette
dans le Calendrier Romain Général**

La vénération de la Sainte Maison de Lorette a été, depuis le Moyen Âge, à l'origine de ce sanctuaire particulier, fréquenté, encore aujourd'hui, par de nombreux pèlerins pour nourrir leur foi en la Parole de Dieu faite chair pour nous.

Ce sanctuaire rappelle le mystère de l'Incarnation et pousse tous ceux qui le visitent à considérer la plénitude du temps, quand Dieu a envoyé son Fils, né d'une femme, et à méditer à la fois sur les paroles de l'Ange qui annonce l'Évangile et sur les paroles de Vierge qui a répondu à l'appel divin. Adombrée par le Saint-Esprit, l'humble servante du Seigneur est devenue la maison de Dieu, l'image la plus pure de la sainte Église.

Le sanctuaire susmentionné, étroitement lié au Siège apostolique, loué par les Souverains Pontifes et connu dans le monde entier, a su illustrer de manière excellente au fil du temps, autant que Nazareth en Terre Sainte, les vertus évangéliques de la Sainte Famille.

Dans la Sainte Maison, devant l'effigie de la Mère du Rédempteur et de l'Église, les Saints et les Bienheureux

ont répondu à leur vocation, les malades ont demandé la consolation dans la souffrance, le peuple de Dieu a commencé à louer et à supplier Sainte Marie avec les Litanies de Lorette, connues dans le monde entier. D'une manière particulière, ceux qui voyagent en avion ont trouvé en elle leur patronne céleste.

En raison de tout cela, le Souverain Pontife François a décrété avec son autorité que la mémoire facultative de la Bienheureuse Vierge Marie de Lorette soit inscrite dans le calendrier romain le 10 décembre, jour de la fête à Lorette, et célébrée chaque année. Cette célébration aidera tout le monde, en particulier les familles, les jeunes, les religieux et les religieuses, à imiter les vertus de celle qui a été disciple parfaite de l'Évangile, la Vierge Marie qui, en concevant le chef de l'Église, nous a également accueillis chez elle.

La nouvelle mémoire doit donc apparaître dans tous les calendriers et livres liturgiques pour la célébration de la Messe et de la Liturgie des Heures; les textes liturgiques relatifs à cette célébration sont joints à ce décret et leurs traductions, approuvées par les Conférences épiscopales, seront publiées après la confirmation de ce Dicastère.

Nonobstant toute disposition contraire.

De la Congrégation pour le Culte Divin et la Discipline des Sacrements, le 7 octobre 2019, mémoire de la Bienheureuse Vierge Marie du Rosaire.

Roberto Card. Sarah
Préfet

+Arthur Roche
Archevêque Secrétaire

[01731-FR.01] [Texte original: Latin]

Traduzione in lingua inglese

**DECREE
on the celebration of the Blessed Virgin Mary of Loreto
to be inscribed in the General Roman Calendar**

Since the Middle Ages veneration for the Holy House of Loreto has been the origin of that particular shrine which still today is visited by many faithful pilgrims in order to nourish their faith in the Word of God made flesh for us.

This shrine recalls the mystery of the Incarnation, leading all those who visit it to consider “the fullness of time”, when God sent his Son, born of a woman, as well as to meditate both on the words of the Angel announcing the Good News and on the words of the Virgin in response to the divine call. Overshadowed by the Spirit, the humble handmaid of the Lord so became the dwelling-place of divinity, the purist image of the holy Church.

Closely bound to the Apostolic See this shrine, praised by Popes and known throughout the world, has, over the years and no less than Nazareth in the Holy Land, been able to illustrate powerfully the evangelical virtues of the Holy Family.

In the Holy House, before the image of the Mother of the Redeemer and of the Church, Saints and Blesseds have responded to their vocation, the sick have invoked consolation in suffering, the people of God have begun to praise and plead with Mary using the Litany of Loreto, which is known throughout the world. In a particular way all those who travel via aircraft have found in her their heavenly patron.

In light of this, Pope Francis has decreed, by his own authority, that the optional memorial of the Blessed Virgin

Mary of Loreto should be inscribed in the Roman Calendar on 10 December, the day on which the feast falls in Loreto, and celebrated every year. This celebration will help all people, especially families, youth and religious to imitate the virtues of that perfect disciple of the Gospel, the Virgin Mother, who, in conceiving the Head of the Church also accepted us as her own.

Therefore the new memorial must appear in all Calendars and Liturgical Books for the celebration of Mass and the Liturgy of the Hours; the relative texts are attached to this decree and their translations, approved by the Episcopal Conferences, will be published after confirmation by this Dicastery.

Anything to the contrary notwithstanding.

From the Congregation for Divine Worship and the Discipline of the Sacraments, 7 October 2019, the memorial of the Blessed Virgin Mary of the Rosary.

Robert Card. Sarah
Prefect

+Arthur Roche
Archbishop Secretary

[01731-EN.01] [Original text: Latin]

Traduzione in lingua spagnola

DECRETO sobre la celebración de la bienaventurada Virgen María de Loreto para inscribir en el Calendario Romano general

La veneración por la Santa Casa de Loreto ha sido, desde la Edad Media, el origen de aquel peculiar santuario visitado, también hoy, por numerosos fieles peregrinos para alimentar la propia fe en el Verbo de Dios hecho carne por nosotros.

Este santuario recuerda el misterio de la Encarnación y estimula a todos aquellos que lo visitan a considerar la plenitud del tiempo, cuando Dios mandó a su Hijo, nacido de mujer, y a meditar tanto en la palabra del Ángel que anuncia el Evangelio, como en las palabras de la Virgen, que responde a la llamada divina. Bajo la sombra del Espíritu Santo, la humilde sierva del Señor se transforma en casa de la divinidad, imagen purísima de la santa Iglesia.

El mencionado santuario, estrechamente vinculado a la Sede Apostólica, alabado por los Sumos Pontífices y conocido universalmente, ha sabido ilustrar de modo excelente, en el curso del tiempo, no menos que Nazaret en Tierra Santa, las virtudes evangélicas de la Sagrada Familia.

En la Santa Casa, delante de la imagen de la Madre del redentor y de la Iglesia, santos y beatos han respondido a la propia vocación, los enfermos han invocado consuelo en el sufrimiento, el pueblo de Dios ha iniciado a alabar y suplicar a Santa María con las Letanías lauretanas, conocidas en todo el mundo. En particular, cuantos viajan en avión han encontrado en ella la celestial patrona.

A la luz de todo esto, el Sumo Pontífice Francisco ha decretado con su autoridad que la memoria libre de la bienaventurada Virgen María de Loreto se inscriba en el Calendario Romano el 10 de diciembre, día de su fiesta en Loreto, y sea celebrada anualmente. Tal celebración ayudará a todos, especialmente a las familias, los jóvenes, los religiosos, a imitar las virtudes de la perfecta discípula del Evangelio, la Virgen Madre que, concibiendo a la Cabeza de la Iglesia, nos acoge también a nosotros consigo.

La nueva memoria deberá, pues, aparecer en todos los Calendarios y Libros litúrgicos para la celebración de la Misa y de la Liturgia de las Horas; los relativos textos litúrgicos se unen a este decreto y sus traducciones, aprobadas por las Conferencias Episcopales, serán publicadas después de la confirmación de este Dicasterio.

No obstante cualquier disposición contraria

En la sede de la Congregación para el Culto Divino y la Disciplina de los Sacramentos, a 7 de octubre de 2019, memoria de la bienaventurada Virgen María del Rosario.

Roberto Card. Sarah
Prefecto

+Arthur Roche
Arzobispo Secretario

[01731-ES.01] [Texto original: Latino]

“Memoria ad libitum” della Beata Maria Vergine di Loreto nel Libro del Rito Romano

Adnexus decreto diei 7 mensis Octobris 2019

**Additiones in Libris liturgicis Ritus Romani
de memoria ad libitum B. Mariæ Virginis de Loreto**

IN CALENDARIUM ROMANUM GENERALEM

DECEMBER

10 B. Mariæ Virginis de Loreto

IN MISSALE ROMANUM

Die 10 decembris

Beatae Mariæ Virginis de Loreto

De Communi beatae Mariæ Virginis

Collecta

Deus, qui promissa Pátribus adimplens
beátam Víginem Maríam elegísti,
ut matrem fieret Salvatóris,
concéde nobis illíus exémpa sectári,
cuius humílitas tibi plácuít,
et oboediéntia nobis prófuit.
Per Dóminum.

IN ORDINEM LECTIONUM MISSAE

Dei 10 decembris

De Communi beatae Mariae Virginis.

Lectio I **Is** 7,10-14; **8**,10, n. 707, 7.

Ps. Resp. **Lc** 1, 46-47. 48-49. 50-51. 52-53. 54-55, n. 709, 5.

Alleuia Cf. **Lc** 1, 28, n. 711, 1.

Evang. **Lc** 1, 26-38, n. 712, 4.

IN LITURGIAM HORARUM

Die 10 decembris

BEATAE MARIAE VIRGINIS DE LORETO

Alma Domus – quam chronica anno 1465 exarata dicit inventam nocte inter 9 et 10 decembris 1294, in ipso colle ubi adhuc est – origo est devotionis marianae quae in sanctuario Lauretano ostenditur, memoria mysterii incarnationis atque exemplorum evangelicorum Sanctae Familiae Nazarethanae Multi Summi Pontifices apostolicam curam sanctuario Virginis Lauretanae tribuerunt, quae a Benedicto XV patrona aeronautarum proclamata est. Litaniae vero Lauretanae per universam Ecclesiam diffunduntur.

De Communi b. Mariae Virginis: Liturgia Horarum I, praeter sequentia.

Ad Officium lectionis

Lectio Altera

Ex Epístola sancti Ioánnis Pauli II papae pro VII saeculári anniversário Almae Domus Lauretánae (Lettera a Mons. P. Macchi, 15 agosto 1993: *Insegnamenti di Giovanni Paolo II*, XVI/2, 526-537)

Maria spatium corporale spiritualeque Incarnationis

Lauretána Alma Domus, non “reliquia” tantum est, sed pótius pretiósá ac vera “icóna”. “Icóna” non veritátum a sensibus sepositárum, sed uníus evéntus et mystérii, id est *Incarnatiónis Verbi*.

Incarnátio quidem, quae intra has sacras paríetes memorátur, statim próprium germanúmque sensum bíbicum recúperat; non enim de mera doctrína ágitur, quae ad uniónem inter divinum et humánum áttinet, sed pótius de evéntu, qui in exácto témporis mométo ac definíto loco áccidit, sicut verba Apóstoli mirábíliter maniféstant: *Ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum, factum ex muliere*.

María est Múlier; illa est, ut ita dicámus, spátium eódem témpore corpóreum et spirituále in quo Incarnátio facta est. Sed Domus étiam, in qua vixit, huius rei evocátio est manifésta.

Memória vitae absconditae Nazarethanae res certas évocat et vitae próprias ómnium hóminum mulierúmque. Ea nempe sensum sanctitátis famíliae rénovat, repénte osténdens univérsam summam virtútum, quae hódie tam minitátæ sunt, id est fidélitas, vitae obséquium, educátio filiórum, cura oratiónis, et quas christiánae famíliae dénuo inveníre possunt intra paríetes Domus illíus sanctae primae atque exímiae históriæ ecclésiæ domésticae.

Domus illa alma commémorat, eódem témpore, magnítudinem vocatiónis ad vitam consecrátam ac virginitátem pro Dei Regno, quæ praeclárum hábuit iníitium in persóna Mariæ Vírginis et Matris.

Iuvénibus deinde, qui innumerábiles petunt peregrinántes ad Domum Matris, iteráre cúpimus ea verba quae olim eis díximus: «Ite ad Maríam, ite cum María ... in corde vestro eius “fiat” résonet». Utinam iúvenes, iuxta praecépta Domus Nazarethánae, renováre váleant suam diligéntiam in cathólico laicórum órđine ad Christum in córdibus, familiis, sciéntia atque societáte restituéndum.

Iustus ímpetus nostri témporis ad agnoscéndum pro muliere illum statum qui ad eam pértinet in Ecclésia et societáte, hic vero aptíssimam opportunitátem pervestigatiónis ínvenit. Quia *misit Deus Fílium suum, factum ex muliere*, omnes mulieres, in María, ad talem dignitátem ita elevátae sunt ut áliam illa maiórem cogitári néqueat.

Nulla theórica considerátio, praeterea, dignitátem humáni labóris exaltáre póterit magis quam scire quod Ipse Fílius Dei Názareth laborávit et vocári permísit *fabri filius*.

Quómodo, dénique, non mentiónem fácere possímus “electiÓnis páuperum”, quam Ecclésia in Concílio fecit et magis magisque clare póstea confirmávit? Austérae et modéstae sanctae Domus parietes nos ádmonent Deum Ipsum hanc electiÓnem inaugurávisse in María, quae, sicut légitur in textum conciliarem, «praecéllit inter húmiles ac páuperes Dómini, qui salútem cum fidúcia ab Eo sperant et accípiunt».

Omni témpore étenim, ad paupertátem et passiÓnem quod áttinet, locum praecípuum in história Sanctuárii aegróti habuerunt, qui, primi ex ómnibus, peregrinántes ad Almam Domum accurrerunt et eius famam in géntibus diffuderunt. Ubinam céterum illi mélius excipiántur, nisi in Domo Illíus quam in Litaníis Lauretánis invocámus sicut “salútem infirmórum” et “consolatricem afflictórum”?

«Hoc Sanctuárium Lauretánum – sicut dixit Ioánnes XXIII – semper pátula fenéstera in univérsum orbem terrárum esse váleat, voces illas arcánas révocans, quae animárum, familiárum populórumque sanctificatiÓnem annúntiant».

Responsorium

R/. Vere benedícta tu in mulieribus quia Deus in te pósuit tabernáculum suum. * Consecrábis Dómino multitudines populórum.

V/. Quem caeli cápere non póterant, tuo grémio contulísti. * Consecrábis.

Oratio

Deus, qui promíssa Pátribus adímplens beátam Vírginem Maríam elegísti, ut matrem fieret Salvatóris, concéde nobis illíus exémpa sectári, cuius humílitas tibi plácuít, et oboediéntia nobis prófuit. Per Dóminum.

IN MARTYROLOGIUM ROMANUM

Addi debet ad diem 10 decembris primo loco elogium quod sequitur:

Beátae Maríae Vírginis de *Loreto*, in Itália, cuius venerátio ducit ad mystérium IncarnatiÓnis Verbi Dei pro salúte nostra contemplándum, nos docens ad vocatiÓnem cristiánam aequo ánimo assentíri.

[01730-LA.01] [Testo originale: Latino]

[B0834-XX.01]